Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-85628-p0001-3

ACCLAMATIONES VOTIVÆ
Quas
Cum
Magnifico Dn. RECTORE
Excellentiſſimo atq; Clariſſimo

Dn. M. DANIELE STAHLIO, Logicæ &
Phil. Primæ Profeſs. Publ.
Magnifico Dn. deſignato RECTORE
Reverendo admodùm, Excellentiſſimo & Clariſſimo
Dn. JOHANNE HIMMELIO, SS. Theol.
Doct. & Profeſſ. Publ.
Vir Spectabilis & Clariſſimus
Dn. M. HENRICUS SANNEMANNUS,
Halberſtad. Ampliſſimæ Facultatis Philoſ. Adj. & p.t.
DECANUS,
in Inclytâ Academiâ Jenenſi

Viris Juvenibus, Humaniſſimis atque Doctiſſimis
Dn. GOTTFRJED WERNERN/
Islebiâ-Saxoni
Dn JOHANNI THEJLL/ Naumburgenſi
Dn. CHRISTOPHORO BJEDER-MAN/ Theuſingâ-Bojemo
pridiè Nonas VItileis anni Dionyſiani CIↃIↃCXXXI.
Lauream Magiſterialem conferebat
Conterranei, Contubernales, Fautores atq; amici benevôlâ mente & manu appoſuerunt.

JENÆ

Tyis VIDUÆ WEIDNERIANÆ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-85628-p0002-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-85628-p0003-3

Ad Dn. Johannem Theillen.

SUavis amice Tibi nil debeo præter amorem,
Eſt amor, ut notum eſt, in ſua vota brevis.
Ergò ero & ipſe brevis, cum ſit quoq; curta Thalia:
Vive diu felix: curta Thalia canit.

Ad Dn. Godofridum Wernern.

QUid, cum te decorat majorum more Decanus
Eximio titulo, mî Godofride, canam?
Nulla meos unquam dignata eſt Sicelis auſus,
Nulla mihi Cleio, nulla Thalia mihi.
Ergò foràs animi gaudentis ſigna daturus
Sic voveo: *longa in ſecla Magiſter eas.*

Ad Dn. Chriſtophorum Biedermannum.

BIedermanne tuo capiti nunc rubra tiara,
Et digito lucens rubinus, & amplius illud
Nomen honoris adeſt: Quid Biedermanne precabor?
Hoc nempè, ut *capiti libertas alma vigorem*
Conciliet, manibus dignum decus, atq; recentes.
Litterulæ officium Sophiæ vel Theologiæ

Johannes Harniſch/Freib. Thur.

Ad Dn. Chriſtoph. Biedermann.

ALliciunt alios præclara tropæa parentum,
Divitiis pravis flectitur aſt alius,
Intrepidè tot mille ſubire pericla laborum
Præmia quò capiat, præmia digna bonis.
Contigit (heu!) nil tale tibi Biedrmanne Magiſter,
Illa ſepulta jacent, Mars ferus has rapuit.
(Sed quisquam dubitet, Jovam duriſſima paſſos
Auxiliatrici velle juvare manu?)
Nil præter cultum Charitum, Famamq; remanſit,
Hæ tibi dant titulos, dant decus atq; gradum.
His rectè utaris (voveo,) per tempora multa!
Sic benè cedet opus: Fama perennis erit.

Ad Dn. Johann. Theilln.

QUalis hic eſt greſſus? quæve hæc mutatio rerum?
Quem nuper veſtitu adſpexi incedere nudo,
Nunc idem Phrygiâ veſtitur ritè tiarâ.
Scilicet hoc ſerto Charitum decorantur alumni,
Nominibusq; aliis vocitantur, nempe Magiſtrûm,
Ulterius nil adjicio: Deus omine fauſto
Annuat, ut longum tali læteris honore!

Ad Dn. Gottfried Wernern.

MAgna ſolent magnos comitari lucra labores,
Jubila nam poſt nubila tandem
Succedunt; hoc oſtendis Wernere Magiſter
Ipſemet exemplo ſat abundè.

Novi

Novi infinitos Te quondam hauſiſſe labores
In ſtudiis, dum ludicra multi
Tractant: rectè igitur ſummo afficiêris honore,
Atq; ſimul dicêre Magiſter.
Interea toto congratulor ore; quid ultrà?
Cor totum tibi conſecro votis.

Factum

à

Georgio Knauero Egrâ-Bojemo
LL. Studioſo.

O ter felices, O terque quaterque beatos!
Queis hodie armipotens meritam concedere laurũ
Nata Jovis præſtò eſt: ne qui meruêre tropæum
Victores pugnæ lateant ſine laude laboris.
Jubila nunc populi pleno loca cuncta ſuſurro
Urbis adimplêrunt; nil jam mihi triſte videtur,
Ipſaque (IO) triplex lætatur triga Sororum,
Et proprium quævis recipit poſt vota laborem:
Hoc tamen imprimis ſatagunt, ut gloria creſcat
Victorum, alternis recinunt VICTORIA PARTA EST:
Donec perveniunt ampliſſima ad atria Phœbi.
Vir, qui Phœbeiâ fruitur vice, munere lætus,
Efficit, ut redeant ornati bombyce & auro,
Atque MAGISTERII decus immortale reportent.
Accidit hoc cunctis qui Palladis arma tuentur.
Jam quia præteritæ referunt bona præmia pugnæ
Illi etiam, quos verus amor mihi junxit amicos;
Gratulor & voveo: tibi ſit PARS optima ſemper,
Nempe tibi qui dicere Theil. Wernere vigeto

Cùm Biedermanno: Pylios vivatis in annos,
Veſtraque cujusvis ſiet optima fama per orbem.

ANNO: qVo ſeX, ſeX (bInos aDhIbeto) MagIſtros
Gratos PhILoſophIs noſtra SaLana parIt.

gratulabundus ap-
ponebat

Chriſtoph. Ständer/
Naumburg.

Ad Dn. Johann. Theilen.

Acroſtichis.

J *Am teneræ mecum Muſæ gaudete, Camenæ*
O *rnate eximiam voce lyrâq; diem.*
H *uc quoq;, qui claram hanc lucem ſplendoribus effers,*
A *c tua verba meis concine, vota canam.*
N *amq; meus Pylades palmâ tituloq; Magiſtri*
N *unc exornandus templa Salana ſubit:*
E *rgo huic me totum gratari pectore toto*
S *ancta monet pietas, poſcit amicitia.*

T *er ſanctum numen cœpta omnia ritè ſecundet*
H *ancq; velit laurum frunde virere novâ,*
E *xtendat montem trans Taurum ut percipiatur,*
I *n ſtatibus ſacris commoda magna ferat.*
L *aude Jehova tuum ſic concelebrabo favorem*
L *inguaq; non nolet grande ſonare melos.*

Ad

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-85628-p0007-5

Ad Dn. Gottfried Wernern.

Ἄξιος ὡς ἄθλου ἀθλητὴς ἐστὶ κραταιός·
οὕτω καὶ σ' ἄθλου ἄξιος εὐμεγέθους·
ὅττι δὲ νυνὶ τεῒν πολυφέρτατ' ἔπαθλα δίδονται
τοῖο χάριν χαίρω χαρμοσύνην ἀγαθήν.

Ad Dn. Chriſtophorum Bieder-mann.

Chriſtophorus Biedermann Teuſingâ-Bojemus.

Ha ride, vir magnus Phœbus noſter tibi comes.

HA ride, *ex merito tibi præmia dantur honoris.*
Improbus & ſentit munera magna labor:
Ha ride, *quoniam Pimplæa corona Magiſtrum*
Te creat, & meritas ornat honore manus:
Ha ride, *nam per mediam deduceris urbem*
Cum tibicinibus, cum faculisq; novis:
Ha ride, *acclamant fidi Rectoris Atlantes,*
Et ſtudioſa cohors iubila multa parat:
Ha ride, vir *enim* magnus noſter Tibi Phœbus
Eſt comes, exoptans optima quaq;. *Vale.*

ita gratulor

Johann. Hertzogk/Numb.

Na-

Namens-Schluß.

DJß iſt das liebe Theill/ ſo wir hab'n wollen ſetzen/
Beſcheret vns GOtt Fried/ wir woll'n vns weiter letzen
Mit Freundſchafft vnd mit Lieb: daß jeder Biedermann/
Soll ſehen/ wie Freund-Landsmanſchafft noch etwas kan.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-85628-p0010-2

9 9. 11

AC

Dn.M.D … gicæ &

Reverend … iſsimo

Dn.JOH … Theol.

Dn.M.H … NUS,

Halberſt … t p.t.

Viris J … his

Dn. GO … ERN/

Dn JOH … *urgenſi*

Dn. CH … DER-

M

pridiè N … xxi.

Conterra … *vôlâ*

Tyis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-85628-p0011-8